

caeo et *Montefalconio* legitur T. III. p. 787. cum versione posterioris ad graecum exacta; vetus enim nostra in multis ab illo abit. Ita sub finem nostra de Principibus: *ingredientes limen ecclesie deponunt coronam. et crucem christi in suis depingunt frontibus. Foris arma. hic mysteria. foris scuta. hic sacramentorum celebratio.* *Theodosius* (Theodosii) *filius et pater Theodosius* (Theodosii) *religione ac pietate insignes* (inignis). *Ideoque pro his omnibus gratias agamus domino per christum* &c. Graecum Θεοδοσιου υιος και ο πατηρ Θεοδοσιου non potest designare, nisi *Arcadium*, neque Versio nostra illud αωρω ήλικια exprimit, quod Chronologiae repugnat, et in Textum irrepisse videtur.

VII. fol. 173. p. 2. *Sequitur eiusdem Omelia de penitencia.* Initium: *Prouida mente et profundo cogitatu cognoscere debent* &c. Item: *Sermo eiusdem de penitencia.* Initium: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam. edicito quantam* &c. Laciniae sunt e spuris in *Psalms. L. Homiliis*, quas *Montefalconius* T. V. ad p. 572. inseruit.

VIII. fol. 177. *Incipit Prologus Aniani in Omelijs beati Iohannis episcopi de laudibus pauli.* Homiliae hae VII. ab *Anniano* Diac. *Celedensi* addicto quidem *Pelagii* erroribus, sed in hoc labore integre versato in latinum Sec. V. traductae habentur edit. *faepe cit.* T. II. a p. 475. Ini-

tium Prologi: *Domino sancto ewangelo presbitero Anianus salutem. Recenti experimento ego didici* &c. Initium Sermonis I. *Nil prorsus errauerit qui pratum quoddam insigne uirtutum* &c. Finis ultimi: *Oremus eciam ut ipsi quoque eisdem perfruamur bonis gratia et misericordia domini nostri* &c. Lectio fat castigata.

IX. fol. 204. *Incipit Crisostomus de compunctione cordis ad Sterlencium* (Στελεχιον). Initium: *Et quomodo potest fieri quod imperas o homo dei deo dicite Sterlency* &c. Est *Liber II.* hujus Tituli; prior enim *ad Demetrium* inscribitur. Noster nova versione sociatus extat edit. *cit.* T. I. p. 140.

CCXIV. VII C. 10

Codex membraneus lat. Sec. 167 XIV. Folior. 183. f. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque decoratus exhibet I. *Commentarium in Evangelium Matthaei* Autore incerto, Arianorum et Anomoeorum erroribus implicito, qui non multo post *Theodosii* tempora hoc opus lingua latina scripsit, et fortassis ipsemet *Iohannis Chrysoptomi* Archiep. Cplitani nomen, sub quo et in praesenti *Codice* comparet, ementitus est. *Homiliarum*, in quas inepte diuisum est, *elenchus* nobis initium facit, quarum XXXIX. habemus, cum in edit. *Mauriana Montefalconii Opp. Chrysopt. T. VI. Paris. 1724.* a p. XI. numerentur LIV. cuius rei ratio mox

constabit. Prooemium infit: *Sicut referunt mattheum conscribere ewangelium causa compulit talis &c. Fol. 71. post finem Hom. XXIII. (impress. 22) non quia nec apostoli tantam fidem habuerunt, defunt nobis omnia usque ad Hom. impress. 32. et illa: Quantumcunque gratuitum et utile sit &c. Quae Homilia, ac si nihil excidisset, nobis XXIV. inscribitur. Eadem pariter deesse in Cod. ms. Vallis Dei Carthus. adnotavit Montefalconius ad h. l. Similiter et in hoc, et in nostro, fol. 107. post verba: et apprehendimus sicut deus, locus, qui in impress. 34. lineas col. occupat, deficit. Denique et in eo gemini sunt noster et Carthusianus, quod non ultra C. XXIII. Matth. progrediantur, sed desinant in haec verba Homiliae, quae in impress. XLVI. est: qui in actibus apostolorum leguntur. Plura de Opere ejusque Autore cognoscere volentibus in promptu est erudita Montefalconii Diatribe ejus editioni l. cit. praemissa. Illud tamen praeterire nequeo, injuriam Autori fieri, dum Homil. XI. circa medium, nobis fol. 40. p. 2. in impress. p. LXIII. prave de Eucharistia loqui dicitur; qui enim locum illum aequa mente perpenderit, de vasis sanctificatis veteris legis sermonem esse deprehendet, in quibus utique verum Christi corpus non fuit, sed mysterium, i. e. figura vel symbolum corporis ejus continebatur.*

II. fol. 121. *Jobannis Damasceni* Scriptoris Sec. VIII. Opus

de Fide Orthodoxa a Latinis, neque iis antiquissimis, in IV. Libros distinctum, cujus operis methodum deinceps Theologi Scholastici duce *Petro Lombardo* secuti sunt. Inscriptio miniata mendosa sic habet: *Jobannis presbyteri damasc. qui mansio* (Manfur, Μανσουρ,) *liber incipit in quo est traditio circa orthodoxie. diuisa c. burgundione iudice ciue pisano de greco in latinum domino tercio eugenio beate memorie papa (1145 — 53) translatus. Titulus c. I. Quia incomprehensibilis est deus et quia non oportet querere et circumscrutari que non sunt tradita nobis a sanctis prophetis et apostolis et euangelistis. Initium: Deum nemo uidit unquam nisi unigenitus dei filius. qui est in sinu patris. ipse enarrauit. ineffabilis igitur est deus et incomprehensibilis. &c. De cognomine Jobannis varia congesse Leo Allatus in Prolegom. Opp. Jobannis Damasc. ex edit. Mich. Lequien O. P. Paris. T. I. 1712. p. VII. et Ducangius in Gloss. med. et inf. Graecit. ad v. Μανσουρ; neuter tamen, dum de hoc cognomine ab Leone Imp. contumeliose in Μανζης mutato testimonia adducit, rabbinici יוֹחָנָן, quod Spurious notat, meminit, licet id Cedrenus a priore citatus innuat, dum ait nomen illi Ισδαϊκῶ φερονματι mutatum fuisse. Quod Interpretem latinum in inscriptione nominatum adinet, est is Johannes Burgundio (ital. Borgondio, f. Borgondione) Civis et Judex Pisanus vir linguarum et negotiorum peritus, defunctusque*

in patria 1194. de quo plura Oudinus T. II. c. 1297. Fabricius a J. Dom. Mansio subpletus L. II. p. 304. et Mazzuchellius Scritt. d'Italia Vol. II. P. 3. p. 1768. Post illum castigatus et latinius opus nostrum vertit Jac. Faber Stapul. tum Jac. Billius, cujus versionem a Franc. Combefisio limatam repraesentavit fodalibus eius Mich. Lequien T. I. supracit. p. 123. praefixo Prologo, in quo nullam se veteris versionis nostrae editionem reperisse ait, secutas vero Fabri, Billique enumerat. Ultima L. IV. sunt: uidentes ipsum et uisi indeficiens id quod ab ipso est gaudium fructificantes. Explicat damacenus. Redit Opus Cod. CCXXXVIII.

III. fol. 164. Elementarium Dam. five ut secunda rubrica: Introductio doctrinarum elementaris a uoce (i. e. dictata) sancti Iohannis damasceni ad iohannem sanctissimum episcopum laodicie. Incipit: In nomine patris et filii et spiritus sancti unius trisypostate et adorate deitatis &c. Desinit: que et ipsa possumus et opposita ipsis. Extat Opusculum aduersus Monophysitas, Monothelitas, Nestorianosque directum, et in X. Capitula tributum ex versione Joach. Perionii O. S. B. a Lequienio emendata T. cit. p. 513. Nostra autem Versio eidem Burgundioni, qui praecedens Opus traduxit, adscribenda uidetur, quod etiam in Codd. Angliae conjuncta inueniantur, ut fidem facit Edw. Bernardi Catalogus et ex eo Oudinus suprac.

IV. fol. 166. Ejusdem De hys que in christo duabus uoluntatibus et operationibus et reliquis naturalibus proprietatibus, et compendio (ἐξ ἐπιλογης) de duabus naturis et una ypostasi. Initium: Qui duas naturas et unam ypostasin in domino nostro ihesu christo confitentur &c. Finis: semper cum ipso esse. et frui ipsius gloria et regno nunc et semper et in secula &c. Opusculum istud aduersus eosdem Haereticos tendens nobis indivisum decurrit, interprete uerisimiliter eodem Burgundione. Perionii versionem adoptauit Lequienius T. cit. p. 529.

V. fol. 174. p. 2. Ejusdem Liber de Haeresibus, interprete, ut uidetur, eodem Burgundione; quae enim in edit. Lequienii T. I. p. 76. legitur traductio, Joach. Perionii est, a Front. Ducaeo, J. B. Cottelerio, ipsoque Lequienio castigata et suppleta. Liber nobis ab Elencho incipit, cui titulus: Pinax. i. tabula centum heresum; neque enim in multis Codd. plures habentur, sed tres, quatuorve post Mohammedicam a Iohanne additas nullus dubitat Lequienius, cujus praeviam Admonitionem uide. Initium: Omnium heresum matres et primitiue. quatuor. Prima. barbarismus. Secunda. scithismus. Tercia. grecismus. Quarta. iudaismus ex quibus omnes alie pululauerunt &c. Primus hanc versionem e Mss. protulit Henr. Gravius O. P. in edit. Opp. Iohannis Dam. Coloniae 1546. p. 234. f. uti et Altercationem Christiani et Sarraceni p. 253. quae nostro

671

C O D I C E S

672

nostro in Codice *Libro de Haeresibus* continuo cohaeret hoc titulo miniato: *Dubitatio ad agarenos*, incipitque: *Si interrogatus fueris a saraceno dicente quem dicas christum &c.* Et finit: *nichil apponens ad ipsum alterum.* Textus graecus, quem tempore suo *Lequienius* in Bibliotheca *Caesarea* latere questus est T. cit. p. 465. Viris eruditis liberalissime offertur. Extat inter *Codd. graecos theologicos* N^o. 306. p. 100. hoc titulo: Διαλέξις σαρακηνου και χεισιανου.

leguntur — — quae habentur edit. *Opp. Job. Chrysf.* lat. *Lugd.* 1687. T. II. p. 439. Et tamen Librarius noster adscripsit: *Et sic est finis huius operis.* Quod merito manus ejusdem Seculi coarguit addendo: *sed non finisti, sed es subductor.* Certe enim plusquam 12. folia edit. mox cit. subducta sunt. Ut adeo Commentaria ista, prout hic extant, duplici titulo *Opus imperfectum* dici queant.

CCXVI. IX F. 28.

CCXV. IX F. 5

490 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 289. 4. corrente calamo scriptus, rubricisque pernotatus hoc gaudet titulo: *Incipit liber Beati Crisostomi de opere imperfecto*, in *Matthaeum* scilicet, cujus XXV. Capita de XXVIII. exponuntur Homiliis LIII. quamvis rectius Commentarius perpetuus dici possit, qua forma etiam in praesenti Codice extat. *Johannis Chrysf.* porro non esse, norunt Eruditi, et dictum est ad *Codd. praeced.* Prologi initium: *Sicut referunt Mattheum conscribere Evangelium causa contulit talis &c.* Ipsi Expositionis: *Liber generacionis ihesu christi — Liber quasi apoteca graciaram &c.* Ista vero integra non est in Codice; deficit enim C. XXIII. Homilia sic dicta XLVI. in iis verbis: *Si quis autem misterium hoc per illum (illos) putat impletum, quod (qui) in Actibus Apostolorum*

Codex chartaceus lat. boh. 513 Sec. XV. Folior. 335. 4. corrente, sed non uno calamo exaratus plura complectitur, quae edifferemus. I. *Incipit Crisostomus super Math. de Opere imperfecto.* Initium: *Sicut referunt Mattheum conscribere euangelium causa contulit talis &c.* Non esse *Chrysfostomi* jam dictum ad *Codd. praeced.* Illud observo, praesens Exemplum in iisdem verbis deficere, in quibus deficere vidimus Exemplum *Cod. praeced.* videlicet: *Si quis autem misterium hoc per illum putat impletum quod in actibus apostolorum legitur — —.*

II. fol. 195. *Reuerendi magistri Mathie de corpore cristi. Matthiam* hunc esse a *Panow* seu *Janow*, ob 9. annorum in *Parisi* Academia commorationem *Parisiensem*, dein et *Pragensem* dictum, annoque 1394. vivis exemptum *Pragae* vix dubium est. Opus ejus praesens, alias etiam *de frequenti Communione* inscriptum,